



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 8. Quodnam Eucharistiae sacrame[n]tum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

LIBER IIII.

Quamuis autem præsbyteri confirmasse legantur, fuit tamē hoc pro tempore peculiari indulgentia concessum, nec iam ultra fieri debet.

Debet autem accipi à ieiuniis, si nō obftet necessitas. Nec iterari debet, sicut nec baptismus, nec ordo.

Caput 8.

Quod' nam Eucharistiæ sacramētum?

Dominici corporis & sanguinis sacramentum, quod Eucharistia (hoc est, bona gratia vel gratiarū actio) vocatur, per quod *Ioan. 6.*
spiritaliter reficimur, in quo nō modo *Eccle. 24.*
dō gratiæ & virtutis confertur augmentū, sed etiam sumitur ille, qui est *Exod. 16.*
fons & origo gratiarum. Hoc, inquā, *Num. 21.*
in lege veteri figuram habuit manna, quod in deserto patribus Deus *Psal. 77.*
pluit post transitum maris rubri, per *Sap. 6.*
quem baptismus est figuratus. *Greg. in*

Ceterum est Eucharistia instituta *homi. pas-*
à Christo in vltima cœna post esum *chali, &*
agni paschalis, quando Christus visibilem sui corporis præsentiam discipulis erat subtracturus: vt sic memoriam discipulorum arctius infigeretur, quo & veteris legis sacramenta terminabantur. *ca. species de consec. dist. 2.*

Et hoc certa verborum forma, ad quam

LOCORVM COMMVNIVM
quam fiat conuersio panis & vini in
substantiam corporis & sanguinis
Christi. Cætera verò quæ in missa di-
cuntur, ad laudes Dei pertinet & ora-
tiones.

Et si autem post cenam institutū
sit hoc sacramentum, vt tamen à ieu-
nis sumatur, ob sui reuerentiā ratio-
nabiliter ab Ecclesia est ordinatum.

Aug. lib. 10. ca. 5. de ciuit. Dei. In quo quidem sacramento tria
est cōsiderare: scilicet, sacramentum
tantum, quod est species panis & vi-
ni: sacramentum & rem, quod est cor-
Aug. lib. 4. de sacr. cap. 4. pus Christi verum: & rem tantum,
quod est mysticum corpus eiusdem
Domini Iesu Christi.

Caput 9.

Quot modis manducatur cor-
pus Christi?

Aug. de sacramen. fidelium. 1. Cor. 11. **D**UPLEX est huius sacramenti
manducandi modus, sacra-
mentaliter scilicet, & spiritualiter:
duplex rei ipsius correspondens, sci-
licet corporis ipsius mystico, & vero.
Sumitur namq; corpus domini in
hoc sacramento verè & realiter à bo-
nis & malis: sed à malis sacramenta-
liter tantū, à bonis sacramentaliter
simul & spiritualiter: quorum prior
mandu-

mandu-
ceptio
to alter
sacram
Secu
dos dist
etorum
loqui v

Quid se-
ris e

IN SAN-
qua
obtu-
ris dicu-
sa re no-
ra, frust-
quo Do-
viuifica-
Et paup-
tē non se-
pdest ca-
cta Et nu-
sibiliter
modo, q-
Isti au-
Domini
tidicit: